



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE CHRISTO CAPITE|| TOTIVS ECCLESIAE,|| QVINQVE LIBRIS|| explicata.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

VIII. [Diluitur argumentum Secundum.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53845](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-53845)

cedit. Si vero vox (Deus) in propositione accipiatur pro De  
tate, sicut potest accipi, quia in Deo non distinguitur per-  
sona à natura; propositio est falsa, ut patet, nec probatio co-  
cludit. Nam essentia non est Deus, præter tres personas, &  
tamen non gignit, nec gignitur, nec procedit, quia distin-  
guitur ratione à personis, quibus propriè cōuenit gigni,  
gigni, & procedere.

## C A P V T VIII.

*Diluitur argumentum Secundum.*

Ec vnd v m argumentum est T R A N S U  
N O R V M, lib. I. cap. 5. Si tres personæ in uno  
in essentia, erit in Deo quaternitas, non Trini-  
tas. nam essentia, Pater, Filius, & Spiritus sanctus  
sunt quatuor nomina, & non synonima, ergo quatuor res  
gnificant. Item Pater, Filius, Spiritus sanctus sunt tres.  
essentia nihil est horum. Nam essentia non est Pater, qua-  
non genuit, nec Filius, quia non est res genita, nec Spiritus  
quia non processit: est igitur quartum aliquid.

Præterea essentia est fons personarum, ab illa enim em-  
nant relationes, & proinde personæ, quæ relationibus con-  
stituuntur; at fons, & riuuli distinguuntur realiter: Ergo  
sentia distinguitur realiter à tribus personis; ergo com illa  
facit numerum quaternarium.

Præterea Papistæ in Symbolo post illa verba; Credimus  
num Deum, ponunt virgulam, ne cogantur dicere, Credimus  
enam Deum Patrem, ergo distinguunt Deum à Patre; &  
infrà etiam distinguunt Patrem à Filio, & Filium à Spi-  
ritu sancto; ergo sunt quatuor.

Præterea Papistæ dicunt, tres personas in uno Deo re-  
dere, & unum Deum se in tribus personis manifestare:  
quis est ille Deus? certè non Pater, non Filius, nec Spiritus.  
nullus enim horum se in tribus personis manifestat, ne-  
in ullo horum tres personæ resident; igitur est quartus que-  
dām Deus.

RESPONDEO, nullam nos quaternitatem in Deo co-  
stituere; quin potius anathema dicere iis, qui quaternitatem

pro Trinitate colunt. Nec argumenta proposita nos quid quam mouent. Respondemus enim ad PRIMA rationē, illa nomina non esse synonima, nec tamen significare quatuor res, sed vnam tantum, si de re absoluta dicatur, vel tres tantum, si de relatiuis. id quod indicare videtur AVGVSTINVS lib. I. de doct. Christi. cap. 5. cūm ait: *Res, quibus fruendū est, Pater, & Filius, & Spiritus est; eademq; Trinitas una quadam summa res. Sed apertius ANSELMVS lib. de incarnatione Verbi, cap. 3. docet, tres personas esse tres res, & vnam rem: tres res relatiuas, & vnam absolutam.* Nec est insolitum plura nomina non synonima, significare vnum, sed diuerso modo.

DICES, si ista nomina significant vnam rem absolutam, & tres relatiuas, ergo significat quatuor res. RESPONDEO, nullam esse consequentiam, nam res illa absoluta non distinguitur re, sed ratione tantum ab illis tribus relatiuis. Proinde in Deo est vnitas essentiæ, est Trinitas personarum, nulla verò quaternitas est.

Ad SECUNDAM dico, Essentiam esse illa tria, & illa tria esse essentiam. Quod autem essentia non generet, & Pater generet, non arguit distinctionem realem, sed rationis tantum. Nam etiam homo & humanitas sunt vna res, & tamē homo generat, humanitas non generat.

Ad TERTIAM nego, Essentiam esse fontem personarum, aut relationum. nam personæ à personis producuntur, relationes autem non producuntur, vt relationes sunt; sed per se consequuntur ad productionem suppositorum, vide S. Thom. p. p. q. 40. art. 4. & in 1. sent. d. 27. q. 1. artic. 3. Immò AVGVSTINVS lib. 4. Trinit. cap. 20. contrario modo loquitur, cūm dicit Patrem esse principium totius Diuinitatis. vbi tamen non vult dicere, Diuinitatem produci, sed Patrem esse principium omnium diuinarum personarum; quādoquidem Filium producit per generationem: & Spiritum sanctum per spirationem: ipse autem à nulla persona aut gignitur, aut spiratur.

Ad QVARTAM, de Symbolo, dico, illud argumentū militare contra Benedictum ARETIUM Zuinglianum. Ille enim in historia de supplicio Valentini Gentilis, cap. 6. & 11. cūm nesciret respondere ad argumentum Gentilis, qui probabat

bat solum Patrem esse unum Deum, quia in Symbolo dicitur: *Credo in unum Deum Patrem: opem implorauit virginius, quam inferendam esse dixit inter Deum & Patrem.*

Ceterum Catechismi Catholici non habent istam virginali, & Patres veteres, exponentes Symbolum, semper legunt unum Deum Patrem, ut IRENÆVS lib. 1. cap. 2. CYRILLVS catech. 7. RUFFINVS explicat, Symboli, & alii. Quia quam etiam si distinguemus Deum à Patre, periculum virgulam, non propterea introduceretur quaternitas nisi ibi Deus distingueretur à Patre, ut significaretur, nam Dei non comprehendit solum Patrem, sed etiā Filium & Spiritum sanctum. Quemadmodum autem vocati Patrem in Symbolo unum Deum, non repugnet Filij Diuinitas, sapientia non semel est explicatum; præterim cum in eodem Symbolo dicatur Filius unicus Dominus noster, nec ratione illius neget Patrem quoque esse unicum Dominum nostrum.

Ad QUINTAM respondeo, cum Deum dicimus se manifestasse in tribus personis, velle nos dicere, Deum esse tres personas, & hoc nobis reuelatum esse diuinitus. Quod petunt, quis est ille Deus? an Pater, an Filius? Respondeo, Diuinitas, siue est Trinitas, siue est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. quidquid enim horum respondeatur, recte respondebitur par ratione qui dicunt, siqui tamen Catholicorum ita dicunt, tres personas in uno Deo residere, aliud significare volunt, quam tres personas unius essentiae, unius essentiæ, unius naturæ, nec de verbis, cum constat, controversia facienda est, ut Augustinus beatus natus lib. 1. retract. cap. 15.

## CAPVT IX.

### Diluitur argumentum Tertium.

**T**ERTIVM argumentum. Pater est ingenerabile, Filius genitus, ergo non sunt unus Deus, aliquis unus Deus erit genitus, & non genitus, quoniam implicat contradictionem. ITEM, generabile, ingenerabile differunt plusquam genere, sicut corruptibile, & incorruptibile, ergo Pater & Filius differunt plenaria-